



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 105. Calvini opera.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

**Sæcul. XVI.** profanis novitatibus a Spiritu Sancto  
A.C. 1564 tantopere damnatis adhærebat: unde  
 hoc ipso vanitatis fumo inflatus extra  
 omnem modum pertinax suis opinioni-  
 bus insistebat, superbe contendens, quod  
 cuncta, quæ ipse lingua proferret, cæco  
 obsequio ceteri omnes consensu suo ap-  
 probare tenerentur, ipse vero illis, qui  
 ei obsistere audebant, nunquam nisi vi-  
 rulenta rabie, ac livore respondebat.  
 Hæc perversa indoles passim in ejus  
 scriptis luculenter elucet, in quibus u-  
 bique mordax ejus lingua, iraque exæ-  
 stuans animus deprehenditur, quo qui-  
 dem dextere oppugnantium tela elu-  
 dit, sed in densam atrocium injuriarum  
 procellam effunditur, ac sine omni ra-  
 tione mordet, & denique illius hone-  
 statis, qua Christianus, ac probus Vir  
 dignoscitur, limites transgreditur.

## §. CV.

*Calvini opera.*

**Beza l.c.** **E**x præcipuis, quæ conscripsit, operi-  
**Bodin. meth.** bus maxime celebrantur commen-  
*hist. o.7. p.416* tarii in multos tam veteris, quam novi  
 Testamenti libros, excepta Apocalypsi,  
 quam suo calamo födare ausus non est.  
 Præter hæc scripta in sacras Paginas  
 insuper consarcinabat commentarium  
 in Senecæ librum de clementia, nec-  
 non tractatum **contra errorem illorum,**  
 qui

qui animas post corporis interitum us- Sæcul. XVI.  
que ad judicii diem dormire conten- A.C. 1564.  
dunt: præterea scripsit duas epistolas,  
quarum prima idololatriam fugere sua-  
det, altera autem de Christiani homi-  
nis officio agit: extat quoque ejus re-  
sponsio ad epistolam, quam Cardina-  
lis Sadoletus ad Senatum, populum-  
que Genevensem dederat. Recensem-  
tur pariter sequentia illius opuscula I.  
tractatus de cœna Domini. II. Cate-  
chismus pro instructione puerorum.  
III. Norma administrandi Sacra-  
menta unacum precibus publicis, & modo ce-  
lebrandi matrimonium. IV. Defensio  
puræ doctrinæ, circa liberum arbitrium  
contra Alberti Pighii calumnias. V.  
Antidotum ad articulos Facultatis Sor-  
bonnicæ Parisiensis. VI. Alterum an-  
tidotum adversus acta Concilii Triden-  
tini. VII. Certum medium tumultus  
sedandi, & reformandi Ecclesiam con-  
tra librum *Interim*. VIII. Tractatus  
adversus detestandos errores Michaelis  
Serveti. IX. Nonnulla scripta contra  
Westphalum, Stancarum, Valentini-  
num Gentilem, Sebastianum Castalionem,  
Franciscum Bodinum, præter plura  
alia minoris momenti opuscula.